Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



MIAS

artificum uniuersa hec. Dominus
autem uerus deus est ipse deus uiuens
et rex sempiternus. Ab indignatione
eius commouebitur terra et non sustine
bunt gentes comminationem eius. Hic
ergo dices eis. Dii qui celos et terram
non fecerunt peribunt de terra et de his
sub celo sunt. qui fecit terram in for
titudine sua et ipsat orbem in sapien
tia sua et prudentia sua extendit celos
ad uocem suam dat multitudinem
aquarum in celo et eleuat nebulas
ab extremitatibus terre. fulgura in
pluuiam fecit et educit uentum de
thesauris suis. Stultus factus est
omnis homo a scientia sua confusus
est omnis artifex in sculptili quoni
am falsum est quod conflauit et non
est spiritus in eis. Vana sunt et op
rsu dignum in tempore uisitationis
sue peribunt. Non est his similis in
pars iacob. qui enim formauit omnia
ipse est deus et israel uirga hereditatis
eius. dominus exercituum nomen illi
Congregabo de terra confusionem tuam
que habitas in obsidione. quia hec dicit
dominus. Ecce ego longe proiciam
habitatores terre in hac uice et tribula
bo eos ita ut non in[illegible]uenianturur
Ve mihi super contrito[illegible]one mea
pessima plaga mea. Ego autem dixi
plane hec infirmitas mea est et
portabo illam. Tabernaculum meum
uastatum est. Omnes funiculi mei
disrupti sunt. filii mei exierunt me
et non subsistunt non est qui extendat
ultra tentorium meum et erigat
pelles meas quia stulte egerunt pastores et dominum non quesi
erunt. propterea non intellexerunt
et omnis grex eorum dispersus est et
ecce auditionis ecce uenit et commo
motio magna de terra aquilonis ut ponat
ciuitates iuda solitudinem et habi
taculum draconum. Scio domine
quia non est hominis uia eius non
est in homine ut ambulet et dirigat gressus
suos. Corripe me domine uerumtamen
in iudicio et non in furore tuo ne forte
ad nihilum redigas me. Effunde
indignationem tuam super gentes que
non cognouerunt te et super prouincias
que nomen tuum non inuocauerunt
quia comederunt iacob et deuorauerunt eum. et consumpserunt illum
et decus eius dissipauerunt. XI

Verbum quod factum est
ad hieremiam a domino
dicens. Audi uerba pac
tii huius et loquere ad uiros iuda et
habitatores eius hierusalem et dices ad eos
Hec dicit dominus deus israel. Ma
ledictus homo qui non audierit uerba
pacti huius quod precepi patribus
uestris in die qua eduxi eos de terra e
gypti. de fornace ferrea dicens. Au
dite uocem meam et facite omnia
que precepio uobis et eritis michi
populum et ego ero uobis in deum
ut suscitem iuramentum quod iura
ui patribus uestris daturum me
is terram fluentem lacte et melle
sicut est dies hec. Et respondi et
dixi. Amen domine. Et dixit dominus
ad me. Vociferare omnia uerba hec
in ciuitatibus iuda et foris hierusa-